



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Locus. Deut. 33. 25. ferrum & æs calceus tuus, nondum à quoquam recte expositus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Deut. 33.
25.

ferreis atque æneis calceis fieri
 mentio. In solemnī benedictione,
 non tantum *præ filiis benedictum*, ac
fratribus acceptum prædicat Asche-
 rem, & quod *singat in oleo pedem*
suum, h. e. possideat terram oleo
 abundantem (quod jam olim à
 Jacobo fuerat prædictum, qui in
 divino suo vaticinio de Aschere
 Gen. 49. 20 pronuntiaverat, *pinguem esse ejus*
panem, & postea confirmavit even-
 tus, cum eam terræ partem Asche-
 ris posterī occupaverint, quæ citra
 Jordanem ad mare magnum fuit,
 vino, oleo, ac imprimis pingui
 tritico sæcundissima) verum etiam
 quod sit *כחל וחרש ומע* / h. e. uti
 LXX. reddunt: *Σίδηρος καὶ χαλκός*
τὸ ὑπόδημα αὐτῶν ἔσται: & Vulgatus,
Ferrum & æs calceamentum ejus. Sed
 quia de hoc loco sunt variæ &
 discrepantes interpretum sententiæ,
 quorum nemo, ut mihi quidem
 videtur, verum sensum est affecutus,
 nostrum est accuratius hæc verba
 exponere.

II. Quod fieri solet in vocibus
ἀπὸ τῶν λεγόμενων, ut diversas forti-
 antur interpretationes, idem con-
 tigit voci *כחל*. *Pessulum* vertit
 Arabs,

Arabs, quem nobis dedit Thomas Erpenius, vir in Arabum literis nulli secundus. Non multum abit Arabs interpres, Parisiis editus, qui seras habet. Sensum Chaldæus expressit: חקך כפרלא ונחשא מוחק
fortis ut ferrum & æs habitatio tua.

Quem fusius exponit Rabbinus non incelebris David Kimchius:

ו'ים אוחו מענין הראשון כלומר שחזקה ארצו חוקה קאילו סגורה בחמור נחשתי ובחל:
R. Dav. Kimchi ad h. l.

Jonathan interpretatur hoc ex significatione priori, quasi dicat fore ut terra ejus sit tam munita, quasi clausa esset muris aheneis & ferreis. Idem vult R. Salomon Jarchius.

שהיה גבורהם יושבים בערי הספר ותעלין אחרת שלא יוכלו האויב יכנס בה כאילו היא
R. Sal. Jarchi ad h. l.

סגורה במנעולים ובריחים של בחל נחשתי:
Quia potentes eorum habitabant in urbibus littoreis, quas obserabant, ne posset hostis ingredi illas, ac si reclusæ fuissent seris & repagulis ferreis & aeneis. Eandem significationem

vocis מעל agnoscunt viri doctissimi, qui notas alleverunt Belgarum novissimæ versionis, ut sit: *Uwe Belgz ad grendel sal koper en yser zyn, dat is, h. l. u landt sal als met ysere en kopere grendelen bestoten en betwaers zyn. h. e.*